ut cuiuis. Sed huic nemo securus est. Innumera
bilia singulis hominibus accidit. que consilium exigit.
quod ab hac querendum est. Si ad naturam uixeris non
quam pauper eris. si ad opinionem numquam diues
eris. Naturalia desideria finita sunt. infinita
acquirit opinio. Via terminum habet. error non habet.
Ad bonam uitam totis uiribus tende. Si quid
te tenet aut expedi. aut incide. O quam est
secura paupertas. si classicum insonuit scit non
se peti. Cum fuit urbis inuasio. cogitat quo
exeat. non quid efferat. Facile est pascere uen
trem uel amplius quam implere cupientem.
Si uis uacare animo aut pauper sis aut pauperi
similis. Quod te uetat bene uiuere. non te uetat
bene mori. Non refert egrum in aureo aut in
ligneo lecto ponas. Maximum sapientie signum
est. ut dictis facta concordent. Sapientia est idem uelle
semper et idem nolle. Nichil potest semper placere
nisi sit rectum. Fundamentum quod culmen bone men
tis est ne uanis rebus gaudeas. Qui mori
didicit liber est. Quid ad illum carcer et custo
dia. liberum habet exitum. Una est cathena que

Nota

Secura est paupertas.

Nota super signum.

no

no

fragmentarium

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 a, Fol. 3v – Anthology of excerpts from L. Annaei Seneca and other theological texts (https://fragmentarium.ms/view/page/F-za50/11341/82141)